

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

me audisse defensam. Scio inquit ab isto initio tractā esse sermonē. teq; bruti dolentem vicem quasi defuisse iudicioꝝ vastitatē. & fori. Feci in quā istuc qdem & sæpe facio. Nā mibi brute in te intuenti crebro in mentē venit. vereri & quodnā curriculū aliquādo sic habitura tua & natura admirabilis. & exquisita doctrina. & singularis industria. Quū em̄ in maximis causis versatus eēs. & quū tibi atas nostra iam cederet: fascisq; summitteret subito in ciuitate quū alia ceciderunt tum etiā ea ipsa de qua disputare ordimur eloq̄ntia obmutuit. Tum ille ceteraq; rez causa inquit istuc & doleo. & dolēdum puto. Dicendi aut̄ me non tam fructus & gloriā q̄ studium ip̄m. exercitatioq; delectat. q̄ mibi nulla res eripiet: & præsertim tam studiosum. Et dicere em̄ bene nemo potest. nisi qui prudenter intelligit. Quare qui eloquentiæ vere dat operam. dat prudentiæ: qua ne maximis qdem i bellis æquo animo carere quisquam potest. Præclare in quā brute dicis eoq; magis ista dicendi laude delector: q̄ cætera que sunt quondam habita in ciuitate pulcherrima. nemo ē tam humilis qui se non aut̄ posse adipisci. aut adeptum putet. Eloq̄ntem nemine video factum esse victoria. Sed quo facilius sermo explicetur sedentes si videt̄ agamus. Quū idem placuisset illis. tū in pratulo ppe platonis statuam cōsedimus.

Tractatus incipit.

Ecce ego laudari igitur eloquentiam. & quāta vis sit eius exponere quātamq; iis. qui sunt eā consecuti dignitatem afferat: neq; propositum nobis est hoc loco. neq; necessariū. Hoc vero sine vlla dubitatione confirmauerim. siue vlla arte pariat̄ aliqua siue exercitatioe quādam siue natura: rem vnam esse omniū difficillimā. quibus. n. ex qnq; rebus constare dicūt eaꝝ vna: quæq; est ars ip̄a magna p se. Quare quinq; artium concursus maximæ quantā vim. quātaq; difficultatē habeant existimari potest. Testis ē gracia. q̄ quū eloquentiæ studio fit incensa iam diuq; excelat in ea. præstetq; cæteris. tamen omnis artes vetustiores habet. & multo ante non inuentas solum sed etiam perfectas. quā hæc est a græcis elaborata dicendi vis. atq; copia. in quā quū intueor maxie mibi occurrūt attice. & quasi lucent athenæ tuæ qua in vrbe primū se orator extulit. primumq; etiam monumentis. & litteris oratio est cœpta mandari. tamen ante periciem. cuius scripta quædam feruntur: & Tucididem qui non nascentibus athenis. sed iam adultis fuerunt. littera nulla est quæ qdem ornatum aliquem habeat. & oratoris esse videatur. Quāq; opinio est & eum qui multis annis ante hos fuerit pisistratum. & paulo seniore etiam solonem. posteaq; Clitthenem multum vt temporibus illis valuisse dicendo post hanc ætatem aliquot annis vt ex atticis monumentis potest perspici. Themistocles fuit quem constat tum prudentiā. tum etiam eloquentiā p̄stitisse post Pericles. qui quū floreret omni genere virtutis attamen fuit laude clarissimus. Cleonem etiam tēporibus illis turbulentum illum quidem ciuem sed tamen eloquentem fuisse constat. huic ætati supparet alcibiade. Critias theramenes. quibus tempibus quod dicendi genus viguerit ex Tucididis scriptis. qui ip̄e tum fuit intelligi maxime potest. grandes erant verbis. crebris sententiis: compressione rerum breues. & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. Sed vt intellectum est quantam vim haberet accurata. & facta quoddammodo oratio tum etiam magistri dicendi multi subito extiterūt. tum leontinus. Gorgias. thrasiamachus. chalcedonius. protagoras. Abderites. prodicus. Cbius. hyppias. Heleus in honore magno fuerūt. aliq; multi tempibus eisdem docere se p̄fitebantur. arrogantiū sane verbis. quæadmodum causa inferior: ita em̄ loquebantur dicendo fieri superior posset. lis opposuit sese so crates. qui subtilitate quadam disputandi refellere eorum instituta solebat verbis. Huius exuberantibus sermonibus extiterunt doctissimi viri. primumq; tum philosophia non illa de natura quæ fuerat antiquior. sed hæc in qua de bonis rebus & malis deq; hominum vita. & moribus disputatur inuenta dicitur quod quoniam genus ab hoc quod proposuimus abhorret philosophos aliud in tēpus reiciamus. ad oratores a quibus digressi sumus reuertamur. Extitit igitur iā senibus illis. quos pauloante diximus Iocrates. cuius domus cuncta graciæ quasi ludus quidam patuit. atq; officina dicendi. Magnus orator & perfectus magister. q̄q; forensi luce caruerit intraq; parietes aluit illā gloriā. quam nemo quidem meo iudicio est postea consecutus. Is & ip̄e scripsit multa præclare. & docuit alios. & quū cætera melius q̄ superiores. tum primus intellexit etiā in soluta orōe dum verbum effugeres modum tamen & numerum quendam oportere seruari. Ante hūc enim verborum quasi structura & quædam ad numerum conclusio nulla erat. aut si quādo erat non apparebat eam dedita opa esse q̄sitam. q̄ forsitan laus sit. Verum tamen natura magis tum casu. quæ nonnūq; aut rōne aliqua aut obseruatione fiebat ip̄a. em̄ natura circūscriptōne quadam verborū comp̄hendit conclusitq; iniam. Quæ quū aptis circūscripta verbis ē cadit etiā plerūq; numero. Nā & aures ip̄e quid pleniū quid inane sit iudicat. & spū. q̄ si necessitate aliqua verborū comp̄ensio terminat: In quo nō mō defici sed etiā laborare turpe ē. Tum fuit lysias ip̄e quidem in causis forensibus nō versatus. sed egregie subtilis scriptor atq; elegans. quē iam prope audeas oratorem perfectum dicere. Nā planē quidem p̄fectum & in quo nihil admodū desit. Demosthenē facile dixeris. Nihil acute inueniri potuit in eis causis quas scripsit. nihil vt ita dicam subdole. nihil versute q̄ ille non viderit. nihil subtiliter dici nihil presse nihil enucleate. quo fieri possit aliquid limatius. nihil cōtra grande nihil incitatū. nihil ornatum. v̄ verborum grauitate v̄ sententiarum quo quicq; esset elatius. Huic hyperides p̄xi mus. & Aeschines fuit. & lycurgus & dinarchus & is cuius nulla extant scripta demades. aliq; plures Hæc enim etas effudit banc copiam. & vt opinio mea fert. succus ille. & sanguis incorruptus vsq; ad